Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

In nube uidelicet. quia nos ab estu temptationũ
protegit; In caligine uero. quia potentia ma
iestatis eius ãnulla potest creatura ad integrũ
conprehendi. pax enim dei exsuperat omnem
sensum; In igne autẽ ardente. quia mentes fide
liũ supernorum bonorũ et cognitione inradiat.
et spe ac dilectione accendit, et hanc quidem
dñi gloriã filii israhel delonge et ab inferiorib;
aspiciunt. moyses uero altius ascendendo penetrat.
quia animi rũ abditam ÿsteriorũ diuinorum p fecti
quiq; perfecte ac sublimiter uident. Ac nos
nrice memores fragilitatis et inestiẹ. et si hoc
interiore conprehendendo nequimus. saltim cre
dendo sperando diligendo in proximo manere
atq; aspectare curemus; Quasi enim filii israhel
a longe oculos ad montẽ dei. atq; ad conspectum
gloriae eius habent. cum infirmi quiq; in ec
clesia sed dm uidere summopere desiderantes.
oculos mentis sedulo in memoriã aeternae clari
tatis fixos tenent; quib; in uicinia monti dei
in quem moysen ascendisse nouerunt commoran
tur. cum in illo se moderamine uiuendi coercent.
quo numquã gressum suae operationis lon
gius ab imitatione summorũ uirorũ abstrahant.